Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

quotiens de se magna dicunt sic loquuntur quasi de alio.
Vnde et Erat moyses mitissimus sup omnes qui mora
bantur in terra. Et iob. Vir erat in terra hus nomine iob.
& cetera. usq; simplex & rectus. & recedens a malo.
Et ipse iohs. Hic est discipulus ille qui diligebat ihc.
Bene quoq; ipsa uox ñ de terra. sed de celo sonuit.
quia qui de terra est de terra loquitur & cetera. Quod
uero sequitur. Qui supra mare & sup terram super
uis expositum est. Et tabu ad anglm dicens ei ut da
ret michi librum. Iubentis quippe di uoce paratissi
mus sequitur secq; effectus. qui pgunt ad anglm.
id est accedunt fide & deuotione ad xpm. poscen
tes sibi dari librum ab eo qui aperit ora mutorum. &
linguas infantium facit disertas. Et hoc iacobus.
Siquis diligit sapientiam postulet a deo qui dat om
nibus habundanter. & non improperat. & dabitur
illi. Et dicit michi. Accipe librum & deuora illum.
Acceptum libellum deuorare est cum auiditate scrip
turam sacram condere uisceribus. Vbi notandum
quia ñ dicit accipe & bibe illum. sed deuora. id est
manduca auide. Scriptura enim sacra in quibusdam
locis est potus. in quibusdam uero cibus. In rebus
obscuriorib' que intelligi sine expositore ñ possunt
cibus est. quia uelut mandendo legendo & rumi
nando sumitur. In apertioribus uero que intelli
gi sine expositore possunt. ibi est potus. Potum
enim ñ mandendo glutimus. Apertiora g'ac manifesta
manifesta bibimus. que etiam ñ exposita intelli
gere uolumus. Et quiquid sci apli ac ipse iohes